

Paulus Schede Melissus

**NOVIS HONORIBVS || Reverendi viri, Dn.|| PETRI BAMBA=||MII
MALCHOVIENSIS,|| quum illi laurea potica,& Magi-||sterii Philosophici gradus
confer-||rentur: illa Myrtilleti, ab illustr.|| ... Poêta-||rum ... principe, Dn. PAULO ||
MELISSO, die 22.Febr. hic verò || Rostochii à CL.V.M.JOANNE || POSSELIO,
Graecae linguae Pro-||fessore,& pro tempore Deca-||no spectabili die 31.Mart.||
Anno M.D.IIIC:|| Ipsius MeliÛi aliorum# ... || Car-||mina gratulatoria.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1597

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn781646383>

Druck Freier  Zugang



Cg-1522¹⁻⁶
~~C. II f-3041¹⁻⁶~~

1496. 12. 3

6. J. f. 3041



Handwritten signature or mark in the bottom right corner of the page.

NOVIS HONORIBVS

Reverendi viri, Dn.

PETRI BAMBA-
MII MALCHOVIENSIS,

quum illi laurea poëtica, & Magi-
sterii Philosophici gradus confer-
rentur: illa Myrtilleti, ab illustri
& celeberrimo viro, & Poëta-
rum facilè principe, Dn. PAULO
MELISSO, die 22. Febr. hic verò
Rostochii à CL. V. M. JOANNE
POSSELIO, Græcæ linguæ Pro-
fessore, & pro tempore Deca-
no spectabili die 31. Mart.

Anno cl^o 1^o IIIIC:



Ipsius Melissi aliorumq; clariss. vi-
rorum & amicorum Car-
mina gratulatoria.



Rostochii, Typis Myliandrinis.

Cg - 1522^e



Amplissimis Viris,
DOCTRINA, PRU-
DENTIA & OMNIVIRTVTE
praestantissimis, Dominis Consulibus & Senatori-
bus Rerumpub. Demminensis, Fridlandensis &
Malchoviensis, Dominis ac patronis
suis veteribus, omni observan-
tiâ colendis S. P. D.

Quidquid id est, mihi quod studiis excrevit
honoris,
(sic licet hic multis invidiosus honos) (res,
Ad vestros quaedam tenus omne redundat hono-
Primus ut abs quib. est mihi meus ortus honos,
Vos mihi Apollineæ quodam moderamina pubis
Credere cum multam non renuistis ope.
Haec igitur gratam munuscula mente rependo:
Quae licet haud dicent commoditate senes;
Attamen utiliter veteri servire iuventae,
Calcar & ad studii gaudia ferre queunt.
Haec vero si vos non spernere tenuia dona
Senfero, & averfa non remove manu;
In vestras laudes mihi laetus Apollo deinceps
Plurima dictabit metra. Valete diu.

VV. AA. observantissimus

PETRVS BAMBAMIVS.



AD PETRUM BAM-
BAMIVM Malchoviensem,

Cum illum laureá ornaret, Anno Christi
c15 15 XCVII. die 22. Febr.

B Ambami, sacris quia diligenter
Rebus insudas, operamq; confers
In pios usus, & adepta sancti
Munera lytri;

Perbene & rectè facis. ista nam dum
Ruminas, iraq; remissiozem
Déspotam; par est, super alta cœli
Templa nitentis

Mente sublimi penetres, locisq;
Inferas sanctis oculos, & aure
Haurias arcana rei retrusa,
Quæ neq; quisquam

Antea vidit, neq; sensit auris
Vlla, nec mortalis in ima cordis
Scrinia immisit. Studiosa quamvis
Iâpeti gens

Arduum curto jaculetur ævo,
Ingen I sollers, cataq; artis; ecquid

A 2

Esse

Esse dicamus, nisi somniare

Perpera fama?

Hic labor demum Superis placebit,

Quem sacri virax animare callet

Numinis virtus potiorq; sancti

Flamma vigoris.

Vt tuos crines maneat corona

Alterâ in vitâ decus arrogandum;

Nos tamen censemus Apollinari

Tempora digna

Esse cingendum tibi, PETRE, lauru:

Qui petram Christi sequere, & sequendam

Ceteris monstras, Helicone & ipso

Culmine Pindi

Nobilem & claram magis. Euge Vates

Care CHYTRÆO niveo, mihiq;

Et gregi docto, venerare donum,

Et cane Iovam

Rite placatum, meritumq; Christi.

Sic sacer Flatus tibi subministret

Verba, succendatq; novo recoctum

Pectus ab igni.

Myrtilleti ad Nicrum.

Paulus Melissus Franc. Com.

Palatin. & Eq. aur. Civis

Romanus.

Illustri

Illustri ac celeberrimo viro, & Poëtarum optimo,
Dn. PAULO MELISSO SCHEDIO,
Franco, Comiti sacri Palatii, & Equi-
ti aurato, Civi Romano.

QVod tuas ædes peregrina Melisse, Sappho
Advenit, se sextupedante gradu fatigans,
Hanc & à tergo tripedes statione suetâ
Concomitantur Adonî;

Forsitan, monstri species ut abominanda,
Nauseam primo parit intuitu. sed ipsa
Se via longa, veniam, puat ob salebras
Teſquaq, posse mereri,

Tum tuis sese heptametris, Elegos tenellos
Non male ingressis, grave si quod ab hoste bellum
Fortè nasuto dabitur, meditatur ictus
Velle retundere primos.

Nam pedem si illis libuit licuitq, morcm
Præter antiquum, sibi consociare; quare
Non idem tutò quoq, Regem aditura Vatum,
Fecerit æmula Sappho?

Quam via causam sed habet? levidense munus
De manu nostrâ tibi pro studiis tuis fert,
Queis sibi nostræ capiunt, maculis remotis,
Laurea ferta Camenæ.

Vile ne munus, rogo te, tenuis clientis

A 3

Sperne.

Sperne. quin Regesq; Deumq; imitare summum,
Pauperum munus quibus esse videmus omni
Deliciosius auro.

Fors domi si rem, veluti subolem, deinceps
Prospera augebit mihi; læta reviset ad te
Sappho, & è perâ tibi turgidiore promet
Aurea dona, Melisse.

EIDEM.

QVas tibi grates referam, Melisse,
Qui mihi crines, licet immerenti
Delicæ laurûs foliis, & amplo
Cingis honore?

Namq; me Vatum numero sacrorum
Promptus accenses maculisq; demitis,
Ingeni nostri nitidas labores
Purius auro.

Quid? quòd agnatum mihi nomen ornas
Splendidè, quando clypei nigrantes
Hactenus nolas renovans inauras,
Pluraq; subdis.

Aureum numquid tibi dem nomisma?
Iam dedi: sed tu satis auro abundans
Non inescari tibi liberalem
Munere dextram,

Nummo & adstringi minimè decere
Iudicem Vatum, referens monebas.

Nec

Nec mihi posthac libet æmulari
Velle colonum,

Cæsari supplex querulum libellum
Qui ferens nummum simul exhibebat
Munus: at victor retulit petitæ
Non modò causæ

Gaudium; verum quoq; Ferdinando
Dante, viginti loculo Taleros
Munus ingessit, misero repensum
Fænore grandi.

Sic enim scribis, lepidoq; risum
Mî moves factò. quis enim tenere
Perlegens risum queat, & severâ
Fronte manere?

Tu sed heus ipsis mihi, mi Melissè,
Aureos quanvis totidem referres;
Non tamen posses dare cariores
Munere laurûs.

Ergo quid tandem dabo sic merenti?
Gratias laudesq; animi perennes:
Queis solent magni sua pensitare,
Munera reges.

Petrus Bambamius Malch.

Reverendo & CL. V. Dn. M. PETRO BAM-
BAMIO, Poëtæ laureato gratu-
lantur, amici cæteri.

Ωσπερ ἐφ' ὑψηλῶ πύργῳ χαλκῆστοι ὄντες
 κωδῶνες, πάντας συγκαλέσει βροῦσι,
 ἐς τὸ θεῶ σεμνὸν πρῶταγμα ἀκουέμεν, ἠδὲ
 κλείειν ἀκροατῶ ἀυδῆ ὀπουραῖνον:
 οὔτω ΒΑΜΠΑΜΙΘ, χευστόμον ὄν λέγω, ἀυδῆ
 καὶ μέγιστον πολλὰς ἐκτρέφει εἰς ὀσίην.
 πινυέκω δὲ θεῶ κεχαρισμένῳ ὑψιμέδοντι,
 ἀνδράσιν αἰδεσίμοις ἔφιλῶ δὲ φίλῳ.
 ὅσα δ' ἐπὶ χθονὶ εὐρυχόρῳ καλὰ, πάντα ὀλέται,
 αὐπὲ θ' ἡ διδαχὴ ἔδρεπὶ ὀλέσει.
 ΒΑΜΠΑΜΙ' ἐστ' ἰσὺ χαῖρε, καὶ εὐφρονη λάμ-
 βανε θυμῷ

δαφνίῳ, ἰὼ λόγιμος πέμψε τοῖο ΣΧΕΔΙΘ.
 ἀνέρω κυδαλίμον λαμπρῶς ὑπὸ κυδαλίμοιο
 ἀνδρὸς κοσμεῖσθ' ἰσὺ ἔπαυθ' ἔφϋ.

M. Johannes Posselius J. F. Græcæ
 linguæ in patriâ Acad.
 Rostoch. Prof.

EIDEM.

CVR Sophia meritos non partiremur honores
 Inter honoratos hîc tibi, Petre, viros?
 Quem perhibent juvenem nostri coluisse Lycei
 Puipira, Varneas quemq, inhiasse rosas.
 Atq, exstant etiam docti monumenta laboris,
 Bellerophonico carmina tincta lacu.

Carmina

Carmina, barbaries quæ non contaminat audax,
Linguaq; Teutonicos non imitata sonos,
Hæc puero, hæc juveni tibi dicta vere sorores,
Partem etiam illorum contribuere viro.
Nec, postquam imposuit templi tibi jura sacerdos,
Atq; hac immisâ jussus es ire togâ;
Oblitæ Musæ tibi sunt, & Apollinis artes,
Aut Sophiæ laudes, Euepiæve decus.
Interdum corylos inter, fragilesq; myricas,
Agrestem juvit te increpuisse lyram,
Montibus & summis spectasse volumina cæli,
Stellarum certas atq; notasse vices.
Ergò ne pigeat quòd quadragesimus annus
Det pridem doctis debita sèrta comis.
His frundem adjiciet lauri mox ipse Melissus,
In Vates Phœbus cui sua jura dedit.
Sicq; coronato te Vate superbiet, una
Quæ te susceptum patria meq; tulit.
Gaudeto stagnis Malchoyia cincta vadosis:
Laus redit ad cunas scilicet ista tuas.

M. Marrinus Braschius P. L. Logi-
ces Professor Rostoch. p. p.

EIDEM.

BAMB Ami decus Eusebics, Pietatis ocelle,
Flos Charitum, & lauru condecorate caput.

A 5

A te

A te quam nobis magni pia cura **CHYTRÆI**
Reddidit, apprime littera grata fuit.
Namq; tuam est in me mentem testata benignam,
Ostenditq; mei quod memor esse velis.
Est res thesauro longè pretiosior omni
Vir quem condecorat cum probitate fides.
Te decus ob præstans, **Vatum Rex, Petre, Melissus**
Secernit populo, scutigerumq; facit.
Te decus ob præstans arcto complexus amore est;
Dum terris voluit, **Posthicus** esse super.
Posthicus ingenio & famâ super æthera notus,
Corpore nunc urnæ portio parva sacra.
Te bonus omnis amat: te **Braschius** atq; **Chytræus**:
Vtq; colant, causa est omnibus, una fides
Me quoq; quod tantis, **Bambami**, adjungis amicis
Gaudeo: nec te spes fallat, amice, tua.
At quia ruri habitat, tuus est incultus **Apollo**?
Non qui rus colimus, rustica turba sumus.
Parnassi arrident doctis ante omnia montes,
Cum **Musis** sylvas **Phæbus Apollo** colit.
Inter **Hamadryadas** **Venusinus** carmina ludit:
Secessum, meditando carmina **Naso** cupit.
Tu molles avium cantus, atq; inter opacas,
Bambami, frondes nobile pangis opus.
Ergo tibi pridem doctum **Germanus Apollo**
Incinxit laurus frunde virente caput.

Ergo

Ergo tuæ oblectant Musæ Braschiûmq; Chytraûq;
Et me, si tantis annumerandus ero.
Nos strepitus inter si quid, currusq; gementes,
Pangimus, id rapiunt murmura, plaustra, rotæ.
Plura tibi nostro, Bambami nomine coram,
Quam mitto, referet pagina viva. Vale.

In itinere 28. Augusti fecit
αὐτοχθῆσι

M. Joannes Simonius Oratoris
in inclitâ Acad. Rost.
Professor.

EIDEM.

PETRE, tuo primam lauri de frunde coronam
Implicuit capiti fratris amica manus,
Cum te DOCTOrem Sophiæ tredecimq; crearet,
Hic, ubi docta colunt otia VARniades.
Contulit at SCHEdii mox dextra secunda secun-
Vatis, qui vatum nomine clarus orat. (dam
Maeste istis donis cultissime PETRE, deinceps
Cantans grata solo carmina, grata polo.

M. Henricus Hoffelius in Illustri
Juliâ faciebat.

EIDEM.

Sunt passim in orbe, Cræsi honorum quos jurat
Divitis imperium, Regisq; gazæ Persici.
Sunt

Sunt quos avara effascinat nummi fames,
Lucri & avara sitis, sudore quod quum maxi-
Per fas nefasq; haud negligunt corradere, (mo-
Protinus exodium vitæ sibi ipsis comparant,
Sunt quos voluptas melle felleq; oblita,
Esca pudenda mali titillat, abdomen cibis
Gutturq; curantes mero. Sunt garruli
Quos iuvat illicium, camini ad ignes, otii.
O vanitatem maximam! sordes putres!
Barbariemq; feram! vappaq; plena pectora!
Ad quos honores dicite ipsi, vos feram?
Comminus ire suum mandram ad bisulcûm for-
Non, Petre, sic tu, anima mea endo scrinio (didam
Fixe tuum egregiis tu semper artibus caput
Inter rubecum ornasti; & inter horrida
Cornua præcipitûm tu veprium, & cliuû aspe-
Ab ungue tenerâ haud segniter Teumesia (rum
Tempe adiisti: ubi opes, Et dulce nectar Pal-
Sophiaq; & Eusebies sacrata, ceu pie (lados,
Matris ab uberibus, suxti. nec illud sat tibi:
Etiam ipsa Pimplei chori Dux mammulis
Largifluis nivei lactis liquorem præbuit.
Hinc urbs Rosarum docta te nunc adficit
Laude Magisterii septem vigentis artibus,
Hinc ille Varum Rex MELISSVS crimbis
Daphnia ferta tuis lubente donat dexterâ.
O ter

O ter quaterq; te beatum, & amplius!
Euge poeta, novo feliciter nunc annulo
Fruere, & corollam corde læto lauream
De venerare: tuumq; Opus, expetitur pluri-
Fac tandem in orbe dispalescat per typos, (mis,
Sic vigili studio laboribusq; sedulis
Parta, omne durabit per ævum, nominis
Gloria summa tui, Valeto vates lauriger,
Et perge sollers ingenI ramos tui,
Laurus uti viridis, latissimè diffundere.

Samuel Senftius Pastor Ecclesie
Strrelitzensis.

~~~~~  
M. PETRO BAMBAMIO P. L.  
Gratulatur Joachimus Bamba-  
mius frater.

**F**Ebruus incinxit mensis tibi tempora lauru:  
Martius ornavit laude Magisterii,  
Illam Francigenæ dedit Haidelberga MELISSI  
Munere, Pieridum quo Duce cætus ovat.  
Istam Rostochii Posselius obtulit, à quo  
Artibus imbuatur Graja juvent a bonis.  
Ecquis utrumq; neget fatis operantibus actum?  
A queis diversis laus venit orta locis,  
Atq; repentè quidem venit uno tempore duplex,  
Scilicet ingenii parta labore tui.

Nam



Nam licet omne tuum, quod prolicis arte cerebri,  
Sat valeat, doctis perplaceatq; viris;  
Multiplici tamen illud Opus quod carmine condit  
Christi lyra novem concelebrata libris,  
Eminet exsuperans: veluti Sol aureus astra  
Cetera devincit cuncta nitore suo.  
Legit id, à docto transmissum forte Chytraeo,  
Aonii Schedius Rex & Apollo chori.  
Legit, & hoc lauri, dixit, diadema meretur,  
Aureaq; in clypeo signa gerenda novo.  
Nec mora; baccifera detruncans brachia Daph-  
Serta parat capiti, frater amande, tuo. (nes,  
Atq; illa Aëoliæ consignat carmine Sapphûs,  
Ingenii celebrans optima metra tui.  
Deinde tibi & nostræ confert Insignia genti  
Splendida, & arguris versicolora notis.  
Aureus est clypeus, nostroq; à nomine binas  
Ceruleâ nolas sustinet endo trabe.  
Sunt ipsæ aureolæ nolæ quoq;: pendet in illis  
Argento candens clava datura sonos.  
Hinc folia aureoli tua ceruleiq; coloris  
Incumbunt galeæ tegmina pulcra nova.  
Hæcce gerunt lauru textum Daphneide fertum,  
Cujus odora quidem membra perennè virent.  
Bis tribus hæc supra radius stella aurea fulget:  
Qualis in Eoâ stat Venus orta plaga.

ASC

Atq; hanc Pegasæ velut amplectuntur utring,  
Alæ: exporrectis aurea penna nitet.  
Sed tamen has medias via cærulea dissecat alas  
Transversè, & visu lumina læta facit.  
Addita jura volens taceo, & mysteria signis  
Abdita do Vatum commemoranda metris.  
Cuncta Palatinus tibi, quæ comes inclitus offerre  
Scriniolis scitè condita dona suis  
Macte novis igitur titulis: tibi gratulor, optans  
Ut nostrum exornes stemma Poëta diu.  
Per te parva novo Malchovia floret honore,  
Tollit & urbs veluti magna, superba caput:  
Per te nobilior stirps est Bambania facta,  
Fulgebitq; tuâ lampade fortè diu.  
Quin olim ipse etiam cælo fulgebis in alto,  
Aurea condecorans sidera luce novâ.  
Quum, quem voce piâ celebras per pulpita templi  
Præco, lyræ fidibus quemq; Poëta canis,  
Æternâ statuet redimitum tempora lauru  
Te doctorum & Vatum inter honora loca.

EIDEM.

Quando Petre tui est pridè mihi factus honoris  
Nuncius oblatus, letabar equidem maxi-  
Eja vide dixi; quantis ardetur amicis (mè.  
Ille vir, & quanto repente claret nomine!  
Obscurâ



Obscurâ sic nempe suos extollere novit

Sedâ Deus, luciq; eos reponere debita.

At fuit ille meus quondam Præceptor, in artis

Clavigeræ fidus (testor Deum) cunabulis.

O utinam liceat tantis aliquando referre

Officiis dignum, vel parte quadam præmium.

Omnia cum meditata mihi mea, singula postquam

Perlustrata forent, nil tale quicquam repperi.

Tandem sic mecum: Charitas vir magnificat, quæ

Hunc ultrò redamant; Castalides ipsæ & A-  
pollo amat.

Experiar, siquid possim, rudis affecla quamvis  
æbicolûm, tali in genere, quod aptum Gratiis.

Ecce laboratum forsân malè carmen; at index

Quod queat esse pû, transmitto carmen, pectoris.

Id precor ut, quali manavit mente, receptum

Ipse loces parili, benecupienti, candidâ:

Meq; tuos inter, quos mutua vinxit amore

Gratia, connumeret: si non putor tibi degener

Discipulus, malè nec gratus, quem oblivio vacors

Occupet acceptûm beneficiorum: quale non

Culeus è merito plectat satis angueq; galloq;

Et cane portentum, cane pejus, angue & simia.

Ergo meos metire velim, non gnomone versus,

Asc animo; Et juvenis ne sperne vir com-  
mercium.

Σύλλαγμα

Σύγχρομα

Τοῦ Ἀνδρέα τῷ Ἐλουιγίου, Ἰππὶ τῷ  
νεώτῃ προσφερομένου κύδους

ΠΕΤΡΩ ΤΩ ΒΑΜΠΑΜΙΩ.

Ταῖς δὲ ἑξ ὀφθαλμοῦ ἐγὼ μάλα ἡδομαι,  
ἄνερ

Φέρτετε, πεχνάων μῆστορ ἐλδοθερίων,  
ἡμῶσιν· σὲ δὲ ὀλυμπιάδες ἔφοιβον διπόλων  
ἀμφαραπῶσι νυκτὶ πλεῖν ἀκέλευθον ἔον.

ἤδη αὖ ἐκ πολλοῖο πλεῖν, ἐργασμὲν γνώμων,

τῇ σοφίῃ φύσεως, τ' εὐαγέων ἐφέων,

ἄξιον ἦδ' ἐχέμεν ἡμῶν κῦδος τε ὀπιθεῖ  
ἐκ θεοῦ, ὃς ἔνυ καίερα δῖον ἀλις.

ἦ ῥα μέγ' ἀγαύλοισι πῦρες μέγχευ τούδε ὄνειαρ  
ἀνδράσι, κηρύξας θεῶν ἰσχυρὰ θεῶν καλῶς.

εἶπε ἢ τῇ ἐκκλησίῃ ὠφελιμώτερον ἀγῆ  
ἔσσεια, ἀμβροσίην ἀπὸ γέμεναι διδαχῆν.

ὅτι συμμαχέων, προσμαχοῦντ' Ἰησοῦ, διπόλων  
ἀμφαδίην οἴσθ' ἡμεῖς τὴν ἀλικαίαν ἑαῖς.

δεῖτ' ἄρα θόρυβον σῶματι πρήγματ' ἕξω,  
ἀλλὰ γε σὺ λοιπὸν πλεῖονα λυσιπλεῖ.

καῖρε ἄνερ φιλικῶς, ἔα δὲ συμπαῖν ἕπ' ἔργω,  
καὶ σέργων ἄπ' ἐμοῦ, πύτ' ἀναγκάμμε  
λάβε.

Β

Εν



Εν διδαχῆσι *ΠΕΤΡΟΣ* ΠΕΤΟΜΑΙ ΠΡΟΜΟΣ *Ἰθ'*  
*Ἰπαρηγών,*

ἢ μάλλον *πρόμαχος* με, Φίλε *Χριστὲ* Θεός.

Πέτρος *ὁ* βαμπάμιος  
*ἀναχ.*

Βὰς *πίτομαι* *πρόμ.*

PETRUS BAMBAMIUS  
transcript.  
TUMBAM SUPERABIS.

**I**ngenue distant reliquis hęc artibus artes :

*Ille supremos haud exuperant cineres.*

*Paullo momento, locuples ubi facta supellex*

*Is domus, abeunt cum artifice in cineres.*

*Hę verò vitę post ultima funera restant,*

*Longum superstites, indocilesq; mori.*

*His quoq; prę multis tu Petre cluens, SUPERABIS*

*TUMBAM, superstes in nomine post cineres,*

Andreas Helwigius Corrector

Scholę Gryphisvaldensis.

EIDEM.

**Q**uem placido adspexit nascentem blandula  
*vultu*

*Melpomene, Sophiæq; ornavit munere dio,*

*Cum se oblectabat mundo ut persona theatro;*

*Hunc jubare exortum felici dixeris ingens*

*Cui*

Cui favit cælum, egregios & adegit honores.  
Hunc si nobiliter Pietas, interq̄, decoras  
Relligio ponat suboles; labor Isthmius illum  
Non est quòd claret pugilem, aut res bellica fastu  
Ornatum ostendet foliorum oculosq̄, moretur.  
At sapere & fari meliù' sc̄, munita tenere  
Doctrinâ insigni rorantia templa Sophorum,  
Certare ingenio, contendere nobilitate:  
Hæcce, tuum ut claris notum esset, avuncule, nomē,  
Fecerunt; fecitq̄, fidem bona fama MELISSO.  
Dumq̄, intactæ alius collaudat Palladis urbem,  
Dum teretes digitos, vel eburnea membra puellæ  
Munere lilioli parvo si Athlantæ beârît,  
Miratur. sibi & hac felix in imagine gaudet;  
Te jurvit Christi signare pœmate lytron,  
Quod nardi meruit lauriq̄, ex frunde coronam.  
Digni laude viri, quamvis nil laudis egentes,  
Durâ qui curâ dederunt studio inq̄, potenti  
Hoc operam, eveherent ut laudes illius altè  
Vri, vinciri ferro vincisq̄, necari  
Non formidavit qui pro peccato alieno.  
Dices divitiis, Argosq̄, in montibus aureis  
Exsuperent auro, queis sancta Volentia luxit  
Aut risit, rerum & fecit dominum intellectum.  
Hoc lucem in tenebris, hoc vitâ in morte videre est.  
Nunc sublime decus, tantiq̄, hoc munus honoris



Gratulor ex animo, titulum nomenq̄, Magistri,  
Quo, precor, ut proſis Chriſto, patriaq̄, tibiq̄.

Henningus Sabellius  
Roſtoch. p. p.

IN PETRI BAMBAMII IN-  
SIGNIA MELISSIANA AMI-  
corum Epigrammata.

**Q**uid ſibi vult clypeus regali ſplendidus auro?  
Aurea Muſarum munera, metra notat.  
Cur via cœrulei ſecat hunc tranſverſa coloris?  
Campanasq̄, duas exhibet aureolas?  
Sic Vatis cognomen habet: nam voce metriſq̄,  
Perſonat, ad cœli cœrula quemq̄, vocans.  
Campanis verò piſtilla argentea cur ſunt?  
Candor in eſt animo carminibusq̄, viri.  
Cur viret in rigidâ Phœbeum caſſide ſertum?  
Laurigerum Vati denotat eſſe caput.  
Stella ſupra laurum quænam myſteria ſignat?  
Ex aſtris lauri dona venire monet.  
Ala duplex aſtri cur ad latera explicat aurum?  
Tranſverſiſq̄, exit cœrula penna viis?  
Nempe bonum Vatem penetrare per aſtra volatu  
Pegaſeo, & cœlo vivere velle docent.  
Hæc quis ingenii dedit auctor acumine præſtans?  
Ille mera in verſu mella Meliſſus habens.

O ambo

O ambo multum salvete, diuq̄ valete  
Bambami, & Aonii Phoebe, Melisse, chori.  
M. Gelmerus Nemorimontius.

ALIUD.

S Cilicet in promtu est, tua quidnā Insignia signēc  
Petre, Deo & charitum dulcis alumne choro.  
Hem paucis dicam. Ducis est ancile supremi  
Munus, & infracto milite dignus honor.  
Aureolum transit via cerula marmor: in illā  
Assiduo tinnit nola sonore duplex.  
Cerula, qui Christi manavit pectore, sermo est  
Semita, ad optatum ducere prona solum.  
Illum tu gemino subtus pendente sigillo,  
Ære Corinthiaco planius, ore sonas  
Cygnaeo, in patulas mysteria sedulus aures  
Dum lingua plectro conveniente seris.  
Ergo suprema tuos obtentu frundis in umbrat  
Gratia odoriferæ (ô umbra beata!) lareis.  
Illa tibi galeam contra portenta malorum  
Indulgens, diâ cælitus armat ope.  
Insuper injecta est ab Apolline, quæ caput ornet  
Nobile, de lauru facta corona, tuum.  
Hæc sint dona tibi quò propria, Numinis en fax  
Alma sacri radio vivificante foret.  
Dissepas & nebulas, livor quas æmulus, & quas  
Virtuti offundit lingua maligna pie.



Sic mediante voles spiramine victor ad astra,  
Inmixtam verboq; experiare fidem.  
Quin tua sublimi fama altius æthere surgat  
Posthuma, & extento latius orbe volet.

Andreas Helvvigii Fridland.  
Megapolitæ.

ALIUD.

**Q**ua Vatū tibi Rex Insignia, Petre, Melissus  
Confert, arguta desmata mentis habent.  
Aurea namq; tui cernens monumenta cerebri,  
Aurea vult clypeo signa micare tuo.  
Hunc quod inauratum via cærulea dissecet, & quod  
Nolas aureolas sustinet hæcce duas,  
Sunt quibus argento pistilla nitentia puro,  
Cujus ab impulsu vivit in ære sonus;  
Quid docet? æthereas, nisi quod via, quâ fit ad oras  
Transitus, aureolo nota fit ore tuo:  
Quod regit argento cælato purior ille  
Spiritus, & vivo labra sonore movet.  
Obtinet hic fidei scutum, & tibi porrigit ultro,  
Si quo pugna truci forsân ab hoste venit.  
Sed folia aureoli tua cæruleiq; coloris,  
Quod velant galeam, tegmina pulcra, tuam;  
Sanctæ sunt Triados mysteria, quæ tibi inumbrat,  
Omnis & ærumna servat ab igne caput.  
Frundet

*Fruudet in hunc usum quoq; lauru facta corolla,  
Quâ tibi cæsaries, docte poëta, viret.  
Stella supra laurum radius sex fulgida, & ala  
Pegaseæ, pennis conspicuæ aureolis,  
Quas transversa secat via denuò cærule, metris  
Aureolis spondent astra suprema tuis.  
Queis velut expansis per cælica cærule pennis  
Scandis ad æterni tecta beata Patris.*

Christophorus Fagophilvius  
Silesius.

ALIUD.

**L**audando campana Deo deservit & astra  
Mirandum Domini testificantur opus.  
Sic mea lingua Deum sonat; & mens remigat alis  
Astra volatilibus celsa subire volens,  
Carpat ut in cælo lauri diadema perennis  
Regis ab ætherei salvificante manu.  
Hoc tua dona monent & laurea & aurea, queis mo  
Totumq; exornas stemma, Melisse, meum.

M. Petrus Bambamius P. L.














Fr. Neppien,  
Buchbinder  
in  
**ROSTOCK**  
bey der Marien-Kirche.









CARMINA CO-  
MITATIVA,  
Suavi quà mentem, quà  
mores elegantia egregijs.

SARALI

ROS  
Typis Ferbo  
ANNO clv Is



Cg-1522 5